



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 140. Promissa a Cardinalibus populo facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

saecul. XV.
A.C. 1484

§. CXXXIX.

*Castrum S. Angeli ceteræque urbes
Comite Hieronymo restitutæ.*

Die vigesima secunda mensis Augusti Hieronymus Comes non modo urbem S. Angeli, sed ceteras quoque Ecclesiae urbes restituit, acceptis quatuor millibus aureorum, quos sacrum Collegium eidem numerari præcepit; hoc facto claves Episcopo Tiburtino concreditæ sunt, quas se proxime futuro Pontifici redditurum: interea vero, prout a sacro Cardinalium Senatu iussus erat, præsidarios impositurum, Hieronymus pollicitus est. Sancitum præterea, si arce recuperata Virginius, omnesque Ursinorum familia, æque ac Columnenses urbe excederent, non nisi elapso mense se redituri: Jacobus vero de Comitibus latii custodiam dimitteret, atque inter Columnenses & Ursinos bimestres sancitur induciæ, quæ a die recens inaugurati Pontificis inciperent.

§. CXL.

*Promissa a Cardinalibus populo
facta.*

Omnes Cardinales die vigesima quarta Augusti consensu Ecclesiae S. Petri

fuggeſtu promulgant, ſe plures favores Sæcul. XV.
A.C. 1484.
populo non parum profuturos concedere paratos eſſe, ac præprimis ſtatuiſſe, ut deinceps nullum officium aut beneficium niſi Romanis conferretur, & hoc ex præſcripto Constitutionum Nicolai, Calliſti & Sixti Pontificum; præterea decernebant, ut deinceps obſervarentur ſumma cura Bullæ de ſtudiis emanatæ; eliminentur olim conſeſſæ nondum vacantium officiorum ſucceſſiones; demum communi Zelo inter omnes Catholicos Eccleſiæ Romanæ ſubditos urgeatur lex de abſtinentia a cibis vetitis. Eodem die ad Baſilicam S. Petri convenere Cardinales Columna, Sabellius, Urſinus, & de Comitibus, qui arcis S. Angeli claves, prout antea decretum fuit, recipere, ut tandem ſepoſito omni turbarum metu conclavis ingreſſus fieri poſſit. Poſtera die, eadem ſcilicet, qua defuncto Pontifici juſta de more perſolvebantur, omnes Cardinales in Eccleſia ſancti Petri congregabantur, excluſis Sabellio & Columna, eo quod violata ſacri Collegii ſanctione quingentos milites armis probe inſtructos in arcem S. Angeli introduxiſſent; quæ res omnibus ceteris Cardinalibus ingentem ſuſpicionem, terroremque ingeſſit. Rediit tamen priſtina animorum tranquillitas, poſtquam Comitiffa Hieronymi Conjux die vigefima quinta Auguſti cum to-

Hiſt. Eccleſ. Tom. XXX. N ta

Sæcul. XV. ta sua familia atque præsidio arce exced
 A. C. 1484. serat.

§. CXLI.

Cardinales conclave ingressi.

*Rec. Masson.
 in Innoc.
 VIII.*

Die vigesima sexta Augusti nuntiatus
 est sacro Collegio, quod Diophanes
 Aversæ Comitis Filius ad suas ditiones
 redierit, ac nequidem ense e vagina
 extracto Roncilionem, & Montijovium
 incruenta victoria recuperaverit: Nihil
 minus eadem adhuc die Cardinales
 viginti quinque ingrediebantur conclave
 in majori sacello Ecclesiæ S. Petri
 instructum, in quo usque ad diem vigi-
 simam nonam ejusdem mensis hærebant
 tandemque novi Pontificis electionem
 perficiebant, hunc in modum: die Sab-
 bati ad vesperam suffragia colligebantur
 quibus examinatis in solum Barbum S.
 Marci Cardinalem undecim Purpuratis
 conspirasse reperiebantur; hinc Cardina-
 lis S. Petri ad vincula ad Barbum con-
 versus, eidem dixit: ad validam Papæ
 electionem quatuordecim suffragia sunt
 necessaria: tria igitur duntaxat tibi de-
 sunt, hæc autem opera mea procurabo
 dummodo Cardinali Arragonio Regi
 Neapolitani filio Palatium tuum cedere
 velis: verum Cardinalis sancti Marci ejus-
 modi propositionem omnino rejiciebat
 respondens: si hoc pacto Pontificatum
 asse-